

piendo mandantes omnibus et singulis archiepiscopis, episcopis et aliis locorum ordinariis, universitatibus et quibusvis aliis personis ecclesiasticis et secularibus cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, sub excommunicationis pena, quam quilibet contrafaciens ipso facto incurrat et a qua non nisi a Roman. pontifice et debita satisfactione premissa possit liberari, ne eidem Henrico in premissis per se vel alium seu alios directe vel indirecte quovis quesito colore aliquod impedimentum afferre quomodolibet presumant, quinymo omnes favores et auxilia sibi ac ab eo substituendis, quando requisiti fuerint, omni mora et consultatione remota realiter presentent, ut sic huiusmodi temerarii et heretici eorum iniquitate damnata confundantur et veritas in suo robore permaneat. Et quia difficile foret presentes litteras ad singula queque loca, in quibus expediens foret, deferre, volumus, quod illarum transumptis manu publici notarii inde rogati subscriptis et sigillo dicti Henrici vel alterius persone ecclesiastice in dignitate constitute munitis ea prorsus fides indubia in omnibus et per omnia adhibeatur, que presentibus adhiberetur, si essent exhibite vel ostense. Nulli ergo etc. nostre reprobationis, damnationis, cassationis, mandati, declarationis, constitutionis, commissionis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Dat. Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio quinto kl. Novembris pontificatus nostri anno terciodecimo^{e152}.

e) *Darunter*: Gratis de mandato sanctissimi domini nostri pape. Jo. de Salas G. Bonattus. *Am Rand daneben links (mit hellerer Tinte)*: Oct.

¹⁵²⁾ Die Namen in den Registervermerken (Textnoten a und e) sind zu identifizieren als: Leonardo Grifo, secretarius domesticus Papst Sixtus' IV. (Frenz [wie Anm. 5] S. 397 Nr. 1504), Iohannes de Salas, päpstlicher Skriptor (Frenz S. 385 Nr. 1369) und Guido Bonattus, päpstlicher Skriptor und Sollizitator (Frenz S. 341 Nr. 869).